



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Conradi Oligenii J. C. Dissertatio De Primariis Precibus  
Imperialibus**

**Corradini, Pietro Marcellino**

**Friburgi Brisgoiae, 1707**

VIII. Preces minis mixtæ injuriæ Ecclesiasticæ libertati.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63022)



tur Portugallia Regem, quod is Episcopis Preces dirigeret minis mixtas, ut eos impelleret ad conferendum Beneficia Ecclesiastica personis sibi benevolis: unde Rex solemnī pactione spondidisse dicitur, *se in suis Precibus non adjecturum quod nullus alius eligatur, nisi is pro quo direxerit Preces suas*, teste Odorico Raynaldo in Annal. Eccles. anno 1289. n. 30., & Hugo Episcopus Linconiensis Precibus Regis Angliæ sic respondisse fertur: *Non Aulicis, sed potius Ecclesiasticis Personis Ecclesiastica sunt conferenda Beneficia. Habet Dominus Rex unde tribuat mercedem seruientibus sibi, nec debet summo Regi famulantes privare proventibus suis, ut inde servis suis provideri possat a nobis*, testimonio Card. Baronii ad annum Christi 1186. n. 18.

Hæc statuta & facta sunt à Conciliis Oecumenicis, & à Sanctissimis Ecclesiæ Præsulibus; unde si Ecclesia uniuersa, & Apostolica Sedes has Preces Imperatorum, & Principum tanquam injurias Ecclesiasticæ libertati damnauit, & sic promotos ad Dignitates, & Beneficia Ecclesiastica deponendos esse, & segregandos qui eis communicarent, edixit; nullum est dubium, Ordinarios, & Capitula Inclytæ Nationis Germanicæ sine

IV  
 P  
 P  
 R

## VIII.

Preces minis mixtæ injuriæ Ecclesiasticæ libertati.



14 *De primariis Precibus Imperialibus*  
timore pœnarum jam dictarum, & ma-  
ximo conscientiaë discrimine, minime  
posse Imperiales Preces pœnis, & præ-  
ceptis mixtas, aut jussum Imperatoris  
sine Indulto Apostolico exequi, dicente  
Calixto Papa omnibus Episcopis sic:  
*Nulli dubium est, quod Apostolica Eccle-  
sia mater sit omnium Ecclesiarum, à cujus  
regulis nullatenus vos conveni deviare,*  
& S. Gregorio Papa: *Præceptis Aposto-  
licis non resistatur, sed per obedientiam,  
quæ à S. Romana Ecclesia, & Apostolica  
auctoritate jussa sunt salutifere impleantur,  
si ejusdem Sanctæ Dei Ecclesiæ (quæ est  
caput vestrum) communionem habere desi-  
deratis, & infra: Si quis Apostolica Se-  
dis præcepta non observaverit, percepti  
honoris esse hostis non dubitetur, ut legitur  
in Canone Non decet, & in Canone  
Præceptis Apostolicis distinct. 12.*

III V  
IX. His additur, prædictas Imperiales Pre-  
ces continere, si non expectativas, pro-  
cul dubio mandata de providendo vaca-  
tura: hæc enim sunt earum verba: *Be-  
neficium, &c. quod ad præsens, sive pro-  
ximè quomodolibet simul, vel successivè in  
quocunque mense per obitum, decessum,  
vel resignationem alicujus vacare contige-  
rit; quamvis enim quæstio sit inter Ca-  
nonistas, an hæc Preces expectativas con-*

Preces Im-  
periales con-  
tinent Expe-  
ctativas, vel  
saltem man-  
data de pro-  
videndo va-  
catura.

EXCEP-  
TIONE